fol. 79v mas pro pecunia dare | et Spiritum sanctum vendere symoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat. Cum itaque ex hoc Toletano concilio[54], ex Florentino iudicio[55] omnis rei sacrę contractus exempta donatione symoniacus sit, sicut ex Calcidonense[t] *ordinatio*[56] et *promotio* et *despensator*[u] et *defensor* ecclesię ubi nominis distantia nec culpę diversitas: Gratia igitur voluntatis episcopus et sacerdos pari modo symoniaci sunt tam pro officiis quam pro rebus ecclesiasticis. Coniuncta enim coniuncte dominico flagello feriuntur. Sed nobis[v] quibus *occulta cordis*[57] non est concessum cognoscere, sępe non ab animo sed a dampno et dignitate vitiorum sumimus quantitatem. Unde lex[58] aliter punit iniuriam servi, aliter liberi; alterius[59] thori corruptorem necat, adulterium[w] cauponem[x] inculto[y] marito dimittit incolomen[z]. Interdum tamen ab affectu animi sumitur iudicium sicut lex ait, *Plus*[60] *est hominem veneno occidere quam necare gladio,* quia ibi semper voluntarius apparatus, meditatio antiqua, hic sępius furor ad animi impetus. Cum igitur symoniacis voluntas et opus sint heretica et culpa prenota, sicut adulteria paria sunt, ita par pęna premat hereticos et similis inpotentia.

---

t) *So F_1 statt* ex Chalcedonensi *oder* et Chalcedonense. u) *F_1 statt* dispensator. v) *So F_1 statt* nos. w) *So F_1 statt* adulterium. x) *So F_1 statt* caponem. y) *So F_1 statt* inulto. z) *So F_1 statt* incolumem.

---

54) Vgl. 6. Konzil von Toledo (638) c. 4, hg. von J. Vives, Concilios Visigóticos e Hispano-Romanos (España Cristiana Textos 1, 1963) S. 237.

55) Vielleicht ist auf einen Kanon des Konzils von Florenz 1055 angespielt, dessen Akten nicht erhalten sind. Aus Petrus Damiani, Epp. IV 12, Migne PL 144, Sp. 322 A und Bonizo von Sutri, Liber ad amicum V, hg. von Ph. Jaffé und E. Dümmler, MGH Ldl 1, S. 590, 10ff. geht hervor, daß die Synode u. a. Beschlüsse gegen die Verschleuderung von Kirchengut, die Simonie und Priesterehe faßte.

56) Siehe oben Anm. 10.

57) 1. Cor. 14, 25.

58) Inst. 4, 4, 3–6 De iniuriis, hg. von P. Krüger, Corpus Iuris Civilis 1 (1882) S. 48; Dig. 47, 10, 15 hg. von Th. Mommsen, ebenda S. 782f.; Cod. 9, 35, 8–9, hg. von P. Krüger, Bd. 2 (1884) S. 387.

59) Vgl. Cod. 9, 9, 4, 23f., 28 Ad legem Iuliam de adulteriis et de stupro, S. 374ff.; Dig. 48, 5, 6, 39, 8–10, S. 795, 799.

60) Cod. 9, 18, 1, S. 379.